

» & Sanctorum; nam indulgentia habet suum valorem vix opere operato, & non dependet à gratia illius, qui pro defuncto indulgentiam lucratur. Hæc ipse. Sic etiam tenent Toletus in summa lib. 6. c. 26. n. 5. Gabriel sup. cap. missæ sect. 57. Portell. verb. indulg. in addit. n. 25. Suarez, Palao, & alii plures. Lugo tamen tom. 6. disp. 27. n. 75. dicit esse magis commune, & secundum fidelium sensum, quod requiratur status gratiæ saltem in fine operis; consentiunt Dicastill. tom. 2. in 3. part. tr. 9. disp. 2. dub. 7. & alii, ut testatur Toletus loc. cit. quamvis probabiliter teneat nostram.

23 Indulgentia concessa pro vivis, non potest etiam defunctis applicari, nisi in concessione exprimat, quia indulgentia, sicuti pendet ab auctoritate, & à voluntate concedentis; Laym. lib. 5. tr. 7. num. 2. Bufemb. loc. cit. num. 7. La Croix ibidem, & communis aliorum.

24 Sic etiam indulgentia concessa per Papam alicui capellæ pro defunctis non extenditur ad vivos, adeo ut qui vivens celebrat, aut ibi celebrari facit pro se missam, illam non consequitur. Navarr. concl. 39. part. 2. de penit. & remisr. Monacell. formul. 6. num. 1. & alii passim. Indulgentia concessa per Papam, ut possit quis eam lucrari pro se, vel pro defunctis, non potest applicari pro se, & defunctis simul; quia tantum concessa est sub disjunctione, ut quis, vel pro se, vel pro defunctis eam lucratur, non autem ut pro se, & pro defunctis. Quintanadven. dub. 12. num. 4. La Croix lib. 6. part. 2. num. 1366. & alii passim. Indulgentiæ enim tantum valent, quantum sonant.

26 Indulgentiæ effectus potest sapius obtineri, si sæpius opus injunctum peragatur, quando indulgentia est perpetua, & absque temporis determinatione concessa, v. gr. si in concessione indulgentiæ dicitur: *Quicumque visitaverit talem ecclesiam, consequatur talem indulgentiam.* Henricz disp. 4. de penit. quest. 11. Kazenberger loc. cit. num. 51. Reiffenstuel theol. moral. tractat. 12. dist. 3. quest. 5. num. 56. ubi testatur de communi. Secus autem est dicendum, quando indulgentia est concessa pro tempore determinato v. gr. pro tali die, nisi adit speciale privilegium. Sic Suarez, Lugo, Bonacina, & alii apud Kazenberger loc. cit. num. 51. & sic indubitanter tenendum esse dicit Reiffenstuel loc. cit. num. 57. ob decretum Sacre Congregat. circa indulgentias edictum; ac per Innocentium XI. die 7. Martii 1678. approbatum, & inviolabiliter servari jussum, ubi §. final. declaratur: *Semel dumtaxat in die plenariam indulgentiam in certis diebus ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud pium opus peragentibus, lucriferi.* Ita sonat decretum.

28 Uno, & eodem opere nequeunt diversæ, & plures indulgentiæ obtineri; nisi forsitan illæ essent per modum unius, v. gr. habens duas medallas diversis indulgentiis affectas, & uni sit annexa indulgentia quadraginta dierum, & alteri centum dierum obtinenda à recitantibus unam *Pater*, & *Ave*, per unam solam hujusmodi recitationem non lucrabitur utramque indulgentiam, scilicet, & illam quadraginta dierum, & aliam centum dierum; sed debet duplicare talem recitationem, quia ad utramque illam indulgentiam requiritur causa propria, & consequenter reiterata, seu duplicata recitatio. Ita Suarez, Præpositus, & alii communius cum Henricz disp. 4. de penit. quest. 11. num. 8. Kazenberger loc. cit. num. 49. Lugo loc. cit. num. 90. Mastrius loc. cit. num. 65. Reiffenstuel loc. cit. num. 54. Dicitur autem notanter; *Nisi forsitan illæ concessæ essent per modum unius, ut cum visitantibus certam ecclesiam conceduntur t. gr. indulgentiam omnium ecclesiarum urbis, quia tunc, ut ipsamet formula concessionis demonstrat, unica sola visitatione possunt omnes illæ indulgentiæ obtineri.* Kazen. loc. cit. n. 49. Reiffenst. loc. cit. n. 55. & communis aliorum.

30 Sic etiam per unam solam confessionem, & communionem potest quis lucrari plures indulgentias eodem die diversis ecclesiis concessas. Lugo loc. cit. num. 93. Gobat tr. 3. cap. 26. num. 180. Kazenberger loc. cit. n. 49. Reiffenstuel loc. cit. n. 51. ubi testatur esse certam, & communem Doctorum sententiam. Immo idem

dicendum est, licet secunda indulgentia non eadem die, sed sequenti, vel intra debitam distantiam occurrat; dummodo perseveret in statu gratiæ; Lugo tom. 6. sect. 6. num. 93. Gobat tr. 3. Quinam. cap. 16. num. 181. Comitulus quest. 39. Kazenberger loc. cit. num. 51. Portell. in dubiis regul. verb. Indulgentia num. 5. Graff. part. 1. decit. aur. lib. 4. cap. 11. n. 34. Bassæus veri. Indulgentiæ num. 2. Escobar tr. 7. esam. 5. num. 57. Turrian. in select. part. 2. disp. 31. dub. 64. Diana tom. 3. tract. 4. miscellan. retol. 166. & alii plures. Et ratio est, quia confessio, & communio non videntur exigi directe, tamquam opus injunctum per modum oneris, sed solum præsuppositivè, tamquam major dispositio subiecti ad lucrandam indulgentiam. Quantum autem se extendat ly vel intra debitam distantiam, non omnino conveniunt Doctores. Alii enim negdum extendunt ad duos, vel tres dies, sed etiam ad quatuor dies, dummodo intra id temporis in statu gratiæ perseveret; Portell. in dubiis regular. verb. Indulgentia num. 5. post Comitulum, & Bonagrat. Habens in summa questionum regularium verb. Indulgentia num. 225. post Bassæum. Alii autem extendunt ad quinque, vel sex dies, dummodo semper intra id temporis in statu gratiæ perseveret. Sic Gobat tract. 3. quinarii cap. 26. n. 181. post Comitulum quest. 39. qui interrogatus, utrum, qui primo die Augusti sacramenta Confessionis, & Communionis suscepit, nihil plane cogitans de indulgentia; quæ omniibus confessis, & communicatis proponebatur ad diem sextam ejusdem mensis, posset sine nova confessione, & communionem lucrari illam indulgentiam, rotunde respondit posse: eam potissimum ob causam, quod ille, de quo erat sermo, vere potuerit dici esse confessus, & communicatus. Sic referit, & tenent Gobat loc. cit. num. 181. & Reiffenstuel loc. cit. n. 52. Idem tenent Turrianus, Diana, Escobar apud La Croix lib. 6. part. 2. n. 1372. qui ibidem insuper subjungit; quod Theologi Collegii Romani (uno excepto qui contradixit) interrogati ab ipsis provincia putarunt ad lucrandas indulgentias in festo circumsionis sufficere, quod quis in festo natiuitatis Christi confessus communicarit referendo etiam ad indulgentias circumsionis.

Accedit quod, quando Papa concedit indulgentiam vere penitentibus, & confessis, non est necessarium ad acquirendam talem indulgentiam facere confessionem die vel tempore, quo indulgentia est lucrificanda, sed satis est, quod post ultimam confessionem perseveret in gratia usque ad talem diem, vel tempus indulgentiæ lucrificandæ. Sic Navarr. in comment. de Jubil. & indulgenti. notabil. 18. num. 18. Kazenberger loc. cit. num. 29. Leo theaur. for. ecclæs. part. 1. cap. 7. de indulgent. num. 27. Bonacina tit. de indulgent. disp. 6. quest. tr. punct. 5. prop. 1. num. 7. ubi citat Navarr., Filliuc, Henriquez, Suarez, Reginald. & alios. Viva de Jubilæo quest. 8. art. 3. num. 2. cum multis ibi citatis. Gobat tr. 3. Quinarii cap. 28. num. 167. Monacell. tom. 2. formul. 6. num. 5. & 4. Reiffenstuel loc. cit. num. 50. Graffius part. 1. decit. aur. lib. 4. cap. 15. num. 34. & alii passim. Et ratio est, quia non exigitur confessio tamquam opus injunctum per modum oneris, sed solum requiritur ex parte subiecti, tamquam dispositio ad lucrandam indulgentiam; unde, qui post ultimam confessionem perseverat in statu gratiæ, consequitur effectum indulgentiæ, implet enim formam indulgentiæ, cum sit vere penitens, & rite confessus. Unde illud partici-pium *confessus* exponendum est hoc pacto, id est qui sunt, vel fuerunt confessi, ut recte Graffius loc. cit. & alii. Immo, nedum non requiritur confessio peccatorum mortalium aliis rite confessorum, sed neque confessio venialium, nisi in concessione indulgentiæ expresse requiratur confessio etiam de solis venialibus. Navarr. loc. cit. notabil. 30. num. 6. Graffius in append. decit. aur. lib. 2. de indulgent. cap. 5. num. 9. Kazenberger loc. cit. n. 29. Bonacina, & omnes supra citati, Herincz disp. 4. de penit. numer. 80. Suarez disp. 52. sect. 3. num. 5. & alii passim. Et ratio est, quia, quando in bulla exprimitur confessio, sermo est de confessione respectu illius, qui conscientiam habet peccati mortalis obnoxiam

nisi aliud exprimat; confessio enim simpliciter dicta ex communi usu, & sensu ecclesiæ, censetur confessio mortalium; arg. ob. Omnis utriusque sexus, de penitentiæ, & remisr. & ab id ecclesiæ, sicut non solet præcipere confessionem venialium, ita neque consuevit confessionem venialium requirere ad consequendam indulgentiam, ut recte Bonacina loc. cit. Monacell. loc. cit. Kazenberger loc. cit. & alii. * Nunc autem observanda est dispositio decreti supra relati art. 2. num. 46. *

† Dicit Theologus §. 14.: Lucius asserit à Summis Pontificibus non exigi confessionem & communionem veluti opus directe injunctum pro acquirenda indulgentia, & c. Id est contra decretum S. C. Indulgent. approbatum à Clemente XIII. 19. Maji 1759. At hoc decretum fuit jam integrum à me prolatum in supplementis, secundæ editionis, fuerunt à me per extensum allata decreta diei 5. Febr. 1748. & diei 30. Julii 1748. à Sanctissimo approbata, ut ibi. Unde poterat bene nosse Theologus decreta hæc à me nequaquam fuisse prætermissa. Nota. In hac editione præfata decreta invenies in tom. 8. inter decreta varior. Congregationum, post decr. S. R. C. ubi per extensum afferuntur. †

Est autem necessaria Confessio actualis, & non sufficit contritio ad lucrandam indulgentiam, quando in bulla concedente indulgentiam requiritur confessio, & lucraturus indulgentiam habet peccatum mortale. Sic communior, probabilior & tutior Theologorum sententia cum Kazenberger loc. cit. n. 29. Reiffenstuel loc. cit. n. 49. Et ratio est, quia tunc confessio actualis censetur esse conditio necessaria requisita ad indulgentiæ consecutionem: indulgentiæ enim tantum valent, quantum sonant, & explicandæ, & acquirendæ sunt, sicut in bullis exprimitur. Et hoc verum est etiam in bulla dicitur, quod conceditur indulgentia contritis, & confessis, quia particula & non est disjunctiva, sed copulativa; dispositio autem copulativa utriusque partis veritatem exigit. (Vid. leg. 24. tit. 11. p. 5. eamque in lit. A pag. 128. n. 11.) Quando vero in concessione indulgentiæ non expresse præscribitur confessio sufficit, ut lucraturus indulgentiam existat in gratia sanctificante per contritionem perfectam, quia existens in gratia sanctificante per contritionem est capax indulgentiarum, nec in concessione ipsarum requiritur actualis confessio, ut supponitur, adeoque in tali casu non est necessaria actualis confessio. Sic Navarrus, Suarez, Reginaldus, Bonacina, Haber, & alii cum Kazenberger loc. cit. n. 29. & communis aliorum cum Mastrio theol. moral. disp. 23. quest. 4. n. 62. Reiffenst. loc. cit. num. 48.

Tempus lucrandi indulgentias in festis extra Quadragesimam (nisi aliud in bulla concessionis caveatur) communiter nunc incipit à primis vespèræ usque ad occasum solis sequentis diei: communis cum Gobat tr. 4. part. 2. de indulg. cap. 6. Quintanadvenas in appendice ad sua singularia tr. 4. dub. 3. & 4. Kazenberger loc. cit. n. 57. Per primas Vespèræ intelligitur illud tempus, quo ex probato usu solent, aut possunt in illo loco, ubi est indulgentia, recitari vespèræ incipiendo non solum ab illa hora, in qua vespèræ in choro inchoantur, sed ab ea etiam, qua ad vespèræ campanæ pulsantur, aut pulsari solent; & si in loco, in quo est indulgentia, vespèræ non canantur, habenda est ratio vel moris diocesanæ, vel vicini oppidi, vel generalis consuetudinis; Quintanadvenas cum Gobat loc. cit. sub num. 657. In Quadragesima autem tempus lucrandi indulgentiam pro sequente festo die concessam incipit media decima hora antemeridiana diei præcedentis; cum eo tempore in Quadragesima vespèræ dici possint, & soleant; Gobat, Quintanadvenas, & Kazenberger loci citatis. In feriis autem, & non festis diebus, tam in Quadragesima, quam extra Quadragesimam tempus lucrandi indulgentiam incipit à nocte intempesta usque ad alteram noctem intempesta, id est à media nocte antecedente usque ad mediam noctem sequentem, & sic illius mensura est dies naturalis; arg. leg. More Romano, ff. de feriis, l. Consuluit, de offic. delegat. Gobat loc. cit. n. 656. vers. Rursus quærasso: Kazenberger loc. cit. num. 57. Per solis occasum intelligitur illud tempus, quo sol jam pla-

ne sub horizontem est abditus, & plane totus occubuit. Gobat loc. cit. n. 655. Quintanadvenas loc. cit. Kazenberger loc. cit.

Quando in brevi indulgentiarum ponitur hæc clausula: *Præsentibus ad septennium tantum valituris;* hoc septennium incipit currere à die date brevis Romæ. Sic expresse declaravit Sacra Congregatio Indulgentiis, & reliquiis præposita die 18. Maji 1711., & approbavit Sanctissimus die 20. ejusdem mensis, & anni, ut apparet in sequenti decreto: *Discusso dubio in Sacra Congregatione Indulgentiis, & S. Reliquiis præposita, an attentis verbis, que in brevibus indulgentiarum apponi solent: præsentibus ad septennium tantum valituris: septenti initium à die publicationis brevis decernendum sit? Kadem Sacra Congregat. die 18. Maji 1711. declaravit, non à die publicationis, sed à die date brevis septenni tempore incipere. Et facta relatione Sanctissimo Domino nostro per me infrascriptum Secretarium die 20. ejusdem mensis, Sanctitas sua Congregat. sententiam approbavit. I. M. Card. Gabriellus Præfatus. — Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.*

Quando in brevi ponitur clausula *Præsentibus ad septem annos proximos, seu ad septennium proximum valituris;* debet inter ipsos annos computari, & numerari etiam annus Jubilæi, si intra id temporis occurrat. Gobat de Jubilæo num. 50. & de indulg. n. 663. Bellegambe part. 2. sect. 4. quest. 6. La Croix lib. 6. part. 2. n. 1378. Kazenberger loc. cit. n. 60. Si autem dicatur simpliciter *ad septennium, seu ad septem annos,* Gobat loc. cit. Viva quest. 4. art. 5. apud La Croix & Kazenberger loc. cit. contra Pasqualigum putant durare ad septem annos utiles.

Clausula in brevi solita apponi: *dummodo in ecclesia tot missæ quotidie celebrentur;* debet intelligi juxta declarationem datam de mandato Sanctissimi à Sacra Congreg. Concilii, in qua die 30. Julii 1701. propositis sequentibus tribus dubiis responsum fuit, ut infra.

I. "An absentibus Religiosis ex causa prædicationis tempore Quadragesimæ, & Adventus, vel quando occasione festivitatum, vel funerum, aut similium à Superioribus ad celebrandum alibi transmittuntur, indulgentiæ concessæ in certo numero missarum, qui ob illas causas adimpleri non potest, prorogæ cessent? vel pro eo tempore, quo dictus numerus missarum non fuerit adimpletus sint suspensæ, vel potius remaneant in suo robore?" Quoad primam partem pro tempore Adventus, & Quadragesimæ remanere suspensas; non autem in reliquis, dummodo raro contingat.

II. "An idem sit statuendum deficienti præfixo numero missarum ob infirmitatem Sacerdotum tam Regularium quam Secularium?" Non remanere suspensas.

III. "An pariter idem sit statuendum deficienti dicto numero missarum ob absentiam ab ecclesiis secularibus Canonicorum, ac Sacerdotum per aliquos dies, & menses?" Satis provisum in primo.

Cum quibus resolutionibus processit Cong. Concil. Trid. in Isclana 25. Septembris 1713. quando renuente Episcopo Isclano exequi breve concessum ecclesiæ B. Mariæ Lauretanæ terræ forigij ejusdem diocesis, eo quia in illo aderat clausula: *Dummodo in dicta ecclesia 14. missæ quotidie celebrentur.* Ipse autem Episcopus facta diligenti computatione omnium missarum invenerat illas fixæ, & ex obligatione quolibet anno celebrandas in eadem ecclesia, esse solas 3491. & sic longe minus quam 14. qualibet die. Licet computando alias, quæ ex magna devotione confluentium ad eandem ecclesiam in illa celebrantur, missæ prædictæ ex obligatione unitæ cum adventibus longe superaret numerum 14. quotidianarum, ut ipsemet Episcopus in ejus relatione testabatur, asserens sibi difficultatem facere possibile decrementum, & diminutionem ejusdem numeri missarum adventitiarum pro uno, vel altero brevi tempore; nihilominus habito recursum ad dictam Cong. Indulgent. per administratores dictæ ecclesiæ primo dubio: *An Episcopo Isclano relati brevis publicatio injungenda sit?* Responsum fuit affirmativè.

Clausula: "Volumus autem, ut si aliis Christianifide-

- libus dict. ecclesiam visitantibus aliqua alia Indulg. perpetua, vel ad tempus nondum elapsam duratura, concessa fuerit, presentes litera nulla sint, debet intelligi iuxta declarationem Sacrae Congreg. Indulg. & Sacr. Reliquis prepositae à Sanctissimo approbatam. Vid. de verb. Altare privilegiatum, num. 7. ubi affertur integre ipsa declaratio.
47. Missa celebrata de festo currente in altaribus privilegiatis in diebus, quibus non licet missas de requiem celebrare, habent eandem vim, & eandem indulgentiam, perinde ac si essent celebratae missae de requiem, seu defunctorum; sic expresse statuerunt tres Summi Pontifices, scilicet Alexander VII. die 22. Januarii. 1667. constit. incip. Creditur: Clemens IX. die 23. Septembris 1669. constit. incip. Cum feliciter: Innoc. XI. die 24. Maji 1688. constit. incip. Aliis: & novissime Sacra Congr. Rituum in urbis, & orbis 15. Septemb. 1714. specialiter approbante Clemente XI. die 29. ejusdem mensis; vid. verb. Missa. art. 15. num. 10. 11. 12. & 13. ubi afferuntur tales constitutiones, & resolutiones ad litteram.
48. Translatio festo in cuius die conceditur indulgentia, non transferretur etiam ipsa indulgentia, nisi ex concessione speciali; Sacra Congr. Rit. 30. Novemb. 1679. & 10. Junii 1690. Sic in Rubr. Breviarii Fratrum Minorum. tit. 10. & apud La Croix lib. 6. p. 2. decr. 298.
49. Indulgencia ramdiu durat, quamdiu vult is, qui eam concessit, quia, sicuti ab ejus voluntate pendet in fieri, ita & in conservari, communis, arg. cap. Omnis r. de reg. jur. ibi: Omnis res, per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur.
50. Indulgencia simpliciter, & absolute concessa, seu sine appositione determinati temporis, durat perpetuo per se loquendo, nam cum superior concedens eam non limitaverit, nec nos limitare debemus; Henrinx dicit. 4. de penitent. quest. 12. num. 87. Kazenberger loc. cit. num. 55. & ipso teste, communissima aliorum, arg. cap. Quia circa 22. de privileg. (Ad rem verb. Immunitas, art. 2. num. 100. lit. C. num. 8. pag. 31.)
51. Nec perit indulgentia per mortem concedentis, nisi in ipsam concessionem ponatur explicite, vel implicite iste terminus. Kazenberger loc. cit. num. 55. Gobat tr. 4. de indulg. part. 2. cap. 36. num. 646. Suarez disp. 57. sect. 2. num. 2. & ipso teste, certa & communis aliorum, arg. cap. Decet 16. de regul. juris in 6. ibi: Decet concessum à Principe beneficium esse mansurum. (Vid. lit. D pag. 112. ad num. 12.)
52. Indulgencia concessa usque ad beneplacitum concedentis non est perpetua, sed si non fuerit prius revocata, perit morte ipsius concedentis; Gobat loc. cit. num. 641. Kazenberger loc. cit. num. 55. Filiucius tr. 8. num. 235. & alii; nam beneplacitum extinguitur extincto privilegiante; arg. cap. Si gratiose 5. de rescriptis ibi: Hujusmodi gratia per ejus obitum (per quem ipse benepacitum omnino extinguitur) ex ipso expirat. Indulgencia autem concessa ad beneplacitum sedis apostolicae, aut interim dum sedes apostolica voluerit, non expirat morte Papae concedentis, sed duravit perpetuo, nisi à successore fuerit revocata, quia Sedes ipsa non moritur. Kazenberger loc. cit. Gobat loc. cit. Filiucius loc. cit. & communis aliorum, arg. cit. cap. Si gratiose, ibi: Secus autem si usque ad apostolicam Sedem beneplacitum gratia concedatur praedicta. Indulgencia non cessat quamvis cesset causa, propter quam concessa fuit. Constat enim ob causam temporalem saepe concedi indulgentiam perpetuam; si enim v. gr. indulgentia perpetua sit concessa propter fabricam templi, vel propter conversionem ad fidem alicujus provinciae, non cessat talis perpetua indulgentia, quamvis templum sit jam absolutum, vel provincia sit jam conversa, communis cum Gobat loc. cit. num. 6. Filiucius loc. cit. num. 246. Suarez disp. 57. sect. 7. num. ult. Kazenberger loc. cit. num. 56. Mastrio theol. moral. disp. 23. quest. 3. num. 50.
- Quoad dicta infra num. 33. ad 36. attendenda, & observanda esse novissima sententia, & declaratio Benedicti XIV. adducta supra in supplementis ad verb. Jubilaeum num. 83. & seq.

ARTICULUS IV.

- Indulgencia quod ea, quae concernunt indulgentias revocatas, & apocryphas, aliasque non tales de stationibus Urbis, & variis declarationibus.
- SUMMARIUM.
1. Omnis indulgentia potest revocari à suo concedente, vel ejus successore, aut superiore, antequam suum sortitatur effectum.
2. Ad hoc, ut indulgentia censetur revocata, debet sufficienter promulgari ejus revocatio.
3. Quando revocantur indulgentiae alicujus ecclesiae, aut ordinis, non censentur revocatae indulgentiae alteri loco, aut ordini instar earum concessae.
4. Immo, revocatis indulgentiis omnibus, quae alicui ecclesiae sunt concessae, non censentur revocatae illae, quae habet unum, alterumve illius ecclesiae altare privilegiatum.
5. Assignantur indulgentiae revocatae à S. Pio V.
6. Assignantur indulgentiae revocatae à Paulo V.
7. Affertur ad hoc integrè ejus constitutio alias indulgentias concedens.
8. Assignantur variae indulgentiae, quae non censentur revocatae à Paulo V.
9. Fratres minores de corpore observantiae lucrantur indulgentiam plenariam omnino spiritualia exercitia solum per octo dies: quando & ubi fratres infirmi lucrantur eas: an regulares easdem conquantur indulgentias ad seculares, quae apocryphae ab Innocentio declaratae, & ejus decretum, ad numer. 15.
16. Quales indulgentiae stationum Urbium, varia decreta inseruntur circa indulgentias, ad num. 30.
31. Quae necessario, ut publicentur, praerogantur.
- Omnis indulgentia potest revocari à suo concedente, vel ejus successore, aut superiore antequam suum sortitatur effectum. Communis arg. cap. Omnis res 1. de regul. juris, ibi: Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur. Dicitur autem antequam suum sortitatur effectum, quia, si indulgentia sit jam effectum consecuta, non potest amplius revocari quoad illum effectum; nam remissio semel facta, non potest retractari, & divina clementia dimissa in ultionem ulterius redire non patitur, ut inquit Gelasius Papa relatus in cap. final. de penitent. dist. 4.
- Ad hoc, ut indulgentia censetur pro omnibus revocata, necessarium est, ut sufficienter ejus revocatio promulgetur: quamvis enim revocatio indulgentiae sit facta publice, & affixa Romae revocatoria illius, non tamen statim incipit ubique desinere ejus valor. Navarrus de Jubileo notabil. 31. num. 28. Gobat tract. 4. de indulg. part. 2. cap. 37. num. 666. Kazenberger loc. cit. num. 63. & 64. & alii communiter; arg. citati. leg. Si procuratore, ff. de procuratoribus. Sed tamen singulis in provinciis durat, donec communi, & morali modo ad eas potuerit pervenire revocatio; quia alioquin orientur maxima incommoda, & infinitae promodum deceptiones. Sic recte Suarez tom. 4. in 3. part. disp. 57. sect. 2. numer. 9. Filiucius tract. 8. num. 241. Gobat loc. cit. Kazenberger loc. cit. & alii passim.
- Quando revocantur indulgentiae alicujus ecclesiae, aut ordinis, non censentur revocatae indulgentiae alteri loco aut ordini instar earum concessae. Ita Nazarius de Jubileo, notabil. 26. num. 8. Gobat loc. cit. num. 675. Kazenberger loc. cit. num. 65. Et ratio est, quia etsi ejusmodi indulgentiae à prioribus dependant quoad productionem, non tamen pendent quoad conservacionem, sicut privilegia ubi academiae instar aliterus academiae privilegiorum concessa, non tolluntur sublati illius alterius privilegii, ut recte docet Baldus communiter receptus in l. Omnia cod. de Episcop. & Cleric. Immo revocatis indulgentiis omnibus, quae alicui ecclesiae sunt concessae, non censentur revocatae illae, quae habet unum, al-

- alterumve illius ecclesiae altare privilegiatum: nam non est ratio, cur nomine ecclesiae intelligantur in hac odiosa materia etiam altaria, arg. cap. Odia 15. de Regal. Juris in 6. ibi: Odia restringi, favores convenit ampliari; ita Gobat loc. cit. num. 676. Lecana veri. Bulla Cruciatæ num. 410. Kazenberger loc. cit. num. 65.
5. S. Pius V. Pontifex maximus constit. incip. Etsi Dominici, edita sexto kalendas Februarii 1567. revocavit omnes indulgentias, quae quantum continebant. Vide etiam Concilium Tridentinum de hac re sess. 25. in decreto de indulgentiis, & sess. 21. cap. 9. de reformat.
6. Paulus V. Summus Pontifex constit. incip. Romani Pontifex, edita 23. Maji 1606. revocavit omnes indulgentias per suos predecessores Summos Pontifices concessas quibuslibet Regularibus cujusvis ordinis, & alias de novo concessis; quae constitutio, ut ab omnibus praeculis habeatur, hic ad litteram datur.
- PAULUS PAPA V.
- Ad perpetuam rei memoriam.
- ROMANUS Pontifex in B. Petri Sede constitutus, cui inter alia caelestis indulgentiarum thesauri dispensandi cura incumbit, sollicite prospicere debet, ac solerter, ut hujusmodi indulgentiarum dispensatio, & usus ad Dei gloriam, & animarum salutem praecipue dirigatur, & ne illarum multiplicata concessio, aut inanis interpretatio exoriatur.
- I. Proinde cum felic. record. Clemens Papa VIII. praedecessor noster magna cum diligentia, & sollicitudine procuraverit abusus, & corruptelas, tum in communicando indulgentiarum thesauro, tum in medio illos recipienti streptos tollere, & propterea sua quadam constitutione formam aggregandi, instituerit, & recte administrandi societates, & confraternitates prescripserit, licet morte praeventus hanc piam sejus voluntatem ad finalem executionem deducere, neque etiam, ut cogitaverat, circa indulgentias à plerisque Romanis Pontificibus praedecessoribus, religionibus, & Ordinibus Monasticis, & Mendicantibus diversis temporibus concessas aliquid deliberare potuerit.
- II. Nos, qui nullis nostris meritis, sed sola Dei benignitate, ad summi Apostolatus officium vocati sumus, susceptum à tanto Pontifice pium hoc opus ad optimum finem perducere cupientes, ubi primum catholicae ecclesiae regimen suscepimus, Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus ad hoc opus à dicto Clemente praedecessore deputatis, de quorum numero tempore ipsius Clementis praedecessoris eramus, injunximus, ut in illo opere ad ulteriora progredierentur, & indulgentias Regularibus concessas recognoscerent, usque recognovissent, rem nobiscum communicarent.
- III. Cum itaque praefati Cardinales privilegia, concessionem, & gratias praedictis religionibus, & ordinibus concessas diligenter inspexerint, & examinaverint, ac eorumdem ordinum superiores, & officiales plures audierint, ac circa easdem indulgentias varia dubia, & incertitudines, & confusiones adesse compererint, & ex iudicio eorum etiam Regularium, & aliorum ex illis nobis proferrent, valde expedire pro eorum securitate, & beneficio, ut indulgentias ipsis religionibus, & ordinibus adinstar, vel per communicationem, aut alio modo hactenus concessas annullaremus, & revocaremus, aut alias particulares illis concederemus.
- IV. Nos matura super hoc consultatione praehabita, cupientes personis Regularibus quibuscumque quorumvis ordinum, tam monasticorum, quam mendicantium spiritualia solatium, & juvamen afferre, infrascriptas indulgentias, & gratias, quas personis Regularibus intra claustra, aut extra, cum licentia tam men suorum superiorum legitima de causa illis concessa degentibus, tanrumento suffragari debere declaramus, concedendas duximus.
- V. Omnibus igitur Christianissimis, qui canonice, Ferrar. Bibliothec. Tom. V.

- & juxta ordinis cujuslibet religionis, & constitutiones apostolicas habitum regularem à legitimis superioribus, causa profertendi in illo, susceperint, die primo eorum ingressus in ipsam religionem, si vere poenitentes, & confessi sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumperint, plenariam.
- VI. Ac cuilibet Novitio, qui poenitens, & confessus, ac Sacra Communionem relictus post completum probationis annum professionem emisserit, etiam plenariam.
- VII. Nec non cuilibet Religioso intra claustra sui monasterii viventi, qui in festo principali sui ordinis confessus, & Sacra Communionem relictus fuerit, aut missam recitans, pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, Romani Pontificis salute, ac sanctae matris ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderit, etiam plenariam.
- VIII. In cujuslibet vero mortis articulo, si pariter verè poenitens, & confessus, ac Sacra Communionem relictus, vel quatenus id facere nequivit, saltem contritus, nomen Jesu, ore, si potuerit, sin autem corde devote invocaverit, etiam plenariam.
- IX. Qui vero ad presbyteratus ordinem canonice promotus, & confessus primam missam celebrabit, nec non etiam is Religiosis, qui pariter confessi, & Sacra Communionem relecti eidem missae interfuerint, aut ipso die missam similiter celebrabunt, etiam plenariam.
- X. Illis vero, qui de suorum superiorum licentia, à negotiis per decem dies alieni, in cella commorantur, aut ab aliorum conversatione separati, in priorum liberorum, & aliarum rerum spiritualium, animos ad devotionem, & spiritum inducentium, lectionibus operam suam dederint, addendo saepe considerationes, & meditationes mysteriorum fidei catholicae, divinorum beneficiorum, quatuor novissimorum, passionis Domini nostri Jesu Christi, & aliorum exercitorum, orationum jaculatoriarum, & vocalium, & saltem per duas horas in die, & nocte orationibus mentalibus sese exercendo, faciendo eodem tempore confessionem generalem, ut anniversariam, vel ordinariam, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumperint, aut missam celebraverint, quoties pro quolibet praedictorum exercitorum; plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam; & remissionem misericorditer in Domino concedimus.
- XI. Praeterea idem Religiosis intra claustra viventes, qui suam ecclesiam devote visitaverint, & aut praesertim, oraverint, consequantur easdem indulgentias, quas visitantes ecclesiae Urbis, & extra eam diebus stationum consequuntur in omnibus diebus, perinde ac si ipsas Urbis ecclesias personamiter visitarent.
- XII. Omnibus item Religiosis intra claustra, ut supra, viventibus, qui quinquies orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam ante altare eorum ecclesiae in quolibet die oraverint, quinq; annos, & totidem quadragenas.
- XIII. Illis vero, qui de suorum superiorum licentia in itinere existentes, aut extra claustra degentes, tamquam praedicatorum, & lectiones, quinq; eandem orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam ante quolibet altare similiter dixerint, etiam quinq; annos, & totidem quadragenas.
- XIV. Nec non etiam eidem Religiosis, qui per mensem integrum singulis diebus spatio medie horae orationem mentalem fecerint, ac confessi, & Sacra Communionem ultima Dominica mensis hujusmodi relictus fuerint, sexaginta annos, & totidem quadragenas.
- XV. Qui vero contrito corde, & poenitentes eorum culpas, & peccata, ac imperfectiones in capitulo calparum accusabunt, & spiritualiter communicabunt, & exercitium virtutum facient, tres annos, & totidem quadragenas.
- XVI. Quotiescumque autem de licentia Summi Pontificis

»Pontificis, aut suorum superiorum in ditiones, & ter-
»tas infidelium, aut hereticorum ad concionandum
»aut catholicos docendum, vel infideles, & hereticos
»ipsos ad fidem catholicam convertendum, & ecclesie
»gremio reducendum, missi fuerint, si penitentes, &
»confessi, ac Sanctissima Communione refecti fue-
»rint, vel missam celebraverint, ut melius ad hujus-
»modi opus sese parare valeant, pro duabus vicibus,
»videlicet quando itineri se accingent, & quando in
»provinciam, ubi predicta opera eis exercenda erunt,
»ingressi fuerint, plenariam omnium peccatorum suo-
»rum indulgentiam, & remissionem misericorditer in
»Domino pariter concedimus, & elargimur.

XVII. »Et insuper, cum superior in visitationibus
»generalibus, orationes quadraginta horarum pro bo-
»no visitationis progressu collocare voluerit, his Re-
»ligiosis, qui dictis orationibus saltem spatio duarum
»horarum in diverso tempore interfuerint, & ibi pro
»christianorum principum concordia, haeresium extirpa-
»tione, Romani Pontificis salute, ac sanctae matris ec-
»clesiae exaltatione, nec non disciplina, & observa-
»tione Regularis augmento, pias ad Deum preces, ut
»supra dictum est, effuderint, si confessi, & Sacra
»Communione refecti fuerint, aut missam celebraverint,
»plenariam similiter omnium peccatorum indulgentiam,
»& remissionem, ut praefertur, concedimus.

XVIII. »Volumus autem, ut omnes supradictae indul-
»gentiae, & gratiae Religiosis Regularibus cujusvis ordi-
»nis, tam monasticis, quam mendicantibus, dumtaxat, ut
»praefertur, concessae, etiam omnibus monialibus cujus-
»vis regulae approbate, & intra claustra cum tribus votis
»solemnibus viventes, & perpetuam clausuram servan-
»tibus, tam Ordinaris locorum, quam etiam Regularibus
»cujuscumque ordinis, regulae, & instituti subiectis suf-
»fragantur, praesentibus perpetuis futuris temporibus
»duraturus.

XIX. »Ceterum omnes, & singulas indulgentias qui-
»buscumque ordinibus, & institutis, Regularibus hujus-
»modi etiam mendicantibus, & quibuslibet personis Re-
»gularibus, tam vigore privilegiorum, & literarum apos-
»tolicarum, quam viva voce oraculo, ut aliis quovis
»modo, pro quoscumque Romanos Pontifices praedeces-
»sores nostros, ac Nos, & apostolicam sedem haecenus
»concessas, confirmatas, approbatas, & innovatas, aucto-
»ritate, ac tenore predictis perpetuo revocamus, cassa-
»mus, annullamus, & abrogamus, & ad praesentium nos-
»trarum literarum praescriptum reducimus, & moderamus.

XX. »Non obstantibus quibusvis constitutionibus,
»& ordinationibus apostolicis, ac eorumdem ordinum, &
»institutorum Regularium, etiam juramento, confir-
»matione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis,
»statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque,
»indultis, & literis apostolicis, etiam *Mare magnum*,
»& *Bulla aurea* nuncupatis eisdem ordinibus, institu-
»tis, eorumque monasteriis, & conventibus, collegiis,
»domibus, superioribus, & personis in contrarium
»praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, &
»approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro-
»villorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis
»tenoribus, specialis, specifica, expressa ac de verbo ad
»verbum, non autem per clausulas generales idem im-
»portantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda
»foret, tenore hujusmodi praesentibus pro expressis & ad
»verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore per-
»mansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse
»revocamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

XXI. »Volumus autem, ut praesentium transumptis,
»etiam impressis, manu alicujus Notarii publici sub-
»scriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate eccle-
»siastica constituta munitis, eadem fides habeatur ubi-
»que, quae praesentibus ipsis originalibus literis haberetur.
»Datum Romae apud S. Petrum sub anno Pis-
»catoris die 23. Maji 1606. Pontificatus nostri anno
»secundo.»

B Per hanc tamen indulgentiarum revocationem, fac-
»tam a Paulo V. non intelliguntur revocatae variae indul-
»gentiae, quas adhuc lucrari possunt Regulares, ut

recte notant, & pro certo tenent Peyrinus, Lezana,
Quintanadvenas, Gobat *tract. 4. de indulg. part. 2. cap. 27.* Kazenberger *loc. cit. num. 77.* Primo, igitur
non sunt revocatae indulgentiae promissae Regularibus,
& secularibus concessae, unde adhuc illi frui possunt
Regulares omnes. Secundo, non sunt revocatae indul-
gentiae Regularium locales, seu ecclesiae, & capellae
Regularium concessae, ut declarat Sac. Congregat.
7. Sept. 1607. apud Vivam in *appendice indulgentiarum*
§. 1. num. 6. & Peyrinus *de privilegiis tract. 5. cap. 9. num. 82.* Tertio, non sunt revocatae indulgentiae,
quae imperitiae erant parentibus, cognatis, servi-
toribus religiosorum. Quintanadvenas in *appendice suo-
rum singularium tract. 4. dub. 13. num. 4.* Gobat
loc. cit. num. 546. Kazenberger *loc. cit. num. 77. Quar-
to,* non sunt revocatae indulgentiae concessae ipsis re-
ligiosis pro animabus purgatorii, ut v. gr. possint tali
die orando, vel sacrificando liberare animam ad
purgatorio. Sic idemmet Paulus V. testatus est 23. Fe-
bruar. 1609. ut refert Viva in *appendice indulgentiarum*
§. 1. numer. 6. cum aliis ibi citatis: Quintanadvenas
loc. cit. Gobat loc. cit. Kazenberger loc. cit. Quinto, non
sunt revocatae indulgentiae, quas poterant Regulares
concedere, tam regularibus, quam secularibus pro ali-
quo opere, ut est indulgentia, quam regulares concio-
natores dare possunt audientibus ipsorum conciones,
aut indulgentia plenaria, quam provinciales suis lar-
giuntur in fine visitationis, ex dictis *art. 2. num. 28.*
& *infra num. 11.* sic Kazenberger *loc. cit. num. 77.* Gobat
loc. cit. num. 546. Quintanadvenas *loc. cit. numer. 8.* Sexto, non sunt revocatae etiam indulgentiae
directe concessae regularibus, vel agonizantibus in ar-
ticulo mortis, vel jam vita functis; sic probabilissime
Lezana, *verb. Indulgent. num. 11. & 12.* Kazenberger
loc. cit. num. 77. Gobat *loc. cit. num. 547.* Diana
part. 4. tract. 9. resolut. 21. Pellizarius tract. 8. cap. 5. num. 181. referens etiam Peyrinus, & Alphonsus
Leonem. Et ratio est, quia, ut dicit Gobat *loc. cit.*
Indulgentiae pro articulo mortis, & defunctis sunt
ita favorabiles, ut non censentur involvi etiam bullis
tametsi universalissime suspendentibus omnes indul-
gentias. Immo addit Pellizarius *loc. cit. num. 182.* cit.
ad Gobat *loc. cit. num. 547.* Kazenberger *loc. cit. num. 77.* nec illas esse revocatas, quae erant quidem di-
recte concessae regularibus vivis, & sanis, ita tamen
ut possent applicari defunctis, Religiosis, aut Secula-
ribus; hoc enim ipso, quod possint applicari defunctis
gaudent privilegio concessarum immediate defunctis.
Septimo, non sunt revocatae indulgentiae concessae nostris
tertiaris substantialia Religiosis vota non emittentibus,
intra, vel extra claustra degentibus, ut declarat In-
nocent. XI. *die 10. Octob. 1686.* per suum breve *incipient*
Alias emanavit. Vide Rubricas nostri breviarii francicani
particulares num. 173.

Circa disposita in dicta constitutione Pauli V. no-
tandum est, quod, ubi ipse §. 10. concedit indulgentiam
plenariam omnibus Regularibus obeuntibus
spiritualia exercitia per decem dies, Alexander VII.
die 11. Junii 1659. eandem plenariam indulgentiam
concessit fratribus minoribus de corpore observantiae
dicta spiritualia exercitia obeuntibus per solos octo dies:
quae constitutio, ut ab omnibus in prompta habeatur,
hic ad literam datur.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Cum sicut nobis nuper exponi fecit dilectus Filius
»Michael Angelus Sambuca Ordinis Fratrum Minorum
»S. Francisci Minister Generalis, in Capitulo Generali
»ejusdem Ordinis novissime Toleti celebrato inter alia
»decretum fuerit, ut secessus, & spiritualia mortifica-
»tionis, & orationis mentalis exercitia in omnibus pro-
»vinciis Cismontanae Familiae Ordinis praedicti reassu-
»mantur, & illis Fratres earundem provinciarum ali-
»quoties singulis annis vacent.

»Nos

»Nos, qui probe novimus quantum conducant exer-
»citia hujusmodi dirigendis in viam Domini, & confir-
»mandis in illa Christianifidelium mentibus, devotionem
»Fratrum memorati Ordinis, qui de suorum Superio-
»rum licentia operi adeo pio, & salutaris vacaverint,
»coelestium ecclesiae thesaurorum elargitione magis in-
»vitate volentes, de Omnipotens Dei misericordia, ac
»Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctori-
»tate conliti, omnibus, & singulis praedicti Ordinis fra-
»tribus, tam Clericis, quam Laicis, seu Conversis, qui
»in domibus Regularibus provinciarum praedictarum de
»suorum Superiorum licentia exercitia praedicta per oc-
»tidui spatium, quodcumque peregerint, & interea
»temporis vere poenitentes, confessi, sacrosanctum Eu-
»charistiae sacramentum sumperint, quoties id egerint,
»plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam,
»& remissionem in Domino concedimus, praesentibus in
»perpetuum valituris. Volumus autem, quod si pro im-
»petratione, presentatione, & admissione, seu publica-
»tione praesentium aliquid, vel minimum detur, aut
»sponte oblatum recipiatur, eadem praesentes nulle sint
»suo ipso; quodque earundem praesentium transumptis
»etiam impressis, manu Notarii publici, vel Secretarii dic-
»tati Ordinis subscriptis, & sigillo personae in dignitate ec-
»clesiastica constitutae, vel Ministri Generalis praedicti
»Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae
»praesentibus ipsis adhibetur, si forent exhibita, vel
»ostensa. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majo-
»rem sub anno Piscatoris die 11. Junii 1659. Ponti-
»ficatus nostri anno quinto. — G. Galterius.»

Habetur in constitutionibus generalibus nostri Ordinis
*fol. 374. & in theatro Regularium Lantuae verb. Exer-
citia Spiritualia.*

Item notandum est, quod ubi ipse Paulus V. in
»cit. sua constitutio §. 11. & 12. variis Indulgentias concedit
»Regularibus omnibus, qui suas respective ecclesias vi-
»sitarerint, ac in ipsis oraverint, & ante altare praes-
»criptas orationes recitaverint; si dicti Regulares fue-
»rint, aut infirmatae, aut itinere, aut undecumque ve-
»re impediti, ne possint ecclesiam propriam adire ad reci-
»tandas preces injunctas pro consecutione cujuscumque
»Indulgentiae, possint illas ubilibet recitare, ut habetur
»in compendio privilegiorum verb. Indulgentia §. 2. & in
»Summario privileg. Sanctae Justinae. Ita doctissimus P. Vi-
»va in *appendice Indulgentiarum §. 1. num. 6.* Kallianus
»Kazenberger in *cit. supplement. theologiae Sacramenta-
»lis Patris Sporck cap. 3. sect. 2. de Indulgentiis in specie*
num. 83. Et addit Sbogat *tract. 9. cap. 2. numer. 24.*
»Religiosos infirmos posse consequi Indulgentias in suo
»lecto, si non possint adire ecclesiam, dummodo satisfac-
»tiant operi a pio Confessario ipsis imposito; Ita declar-
»avit ipse Paulus V. Congregationis S. Mariae Fulien.
die 14. Novembr. 1609.

Item notandum est, quod, ubi ipse Paulus V. in
»cit. sua constitutione §. 17. concedit Indulgentiam plena-
»riam Religiosis, qui orationibus quadraginta horarum
»ad Superioribus visitationibus generalibus ordinatis spatio
»duarum horarum in diverso tempore interfuerint, &
»confessi communicaverint, aut celebraverint; hujusmodi
»Indulgentiam Provinciales Societatis in visitatione lar-
»giuntur absque hoc onere (intellige institutione 40. ho-
»rarum) ut ex Card. de Lugo docet Viva *loc. cit. §. 3.*
»Kazenberger *loc. cit. num. 83.* ex concessione prius Gre-
»gorii XIII. deinde Urbani VIII. post revocationem fac-
»tam a Paulo V. Et talem Indulgentiam plenariam posse
»etiam Praelatos, & Visitatores aliarum Religionum
»concedere suis respective Religiosis peracta visitatione
»conventus, ut diximus *supra art. 2. num. 29. Vid. ibi.*

Item notandum est, quod, non obstante dicta con-
»stitutione Pauli V. possunt Regulares consequi omnes In-
»dulgentias, quas consequi possunt Seculares. Sic commu-
»nissimum cum Kiliano Kazenberger *loc. cit. num. 83.*
»Reiffenstuel *loc. cit. num. 64.* Bonagratia Hab-
»senti in *Summula, verb. Indulgentia num. 221.* Peyrin,
»Lezana, Quintanadvenas, & alii. Et ratio est, quia Re-
»gulares non debent esse deterioris conditionis, quam
»Seculares. Tum quia generatim loquendo revocatae sunt

solum illae Indulgentiae, quae concessae erant directe, &
»principaliter ipsis Regularibus, & ipsemet Paulus V. so-
»lennititer se revocari Indulgentias *Quibuslibet Regu-
»laribus personis concessas*, quae verba, cum sint correctiva
»Jurium antiquorum, atque odiosa, merito intelliguntur;
»arg. cap. Odia 15. *de Regi. Juris in 6.* maxime quia
»Pontifex potuisset facile apponere clausulam *Quomodo-
»cumque*; quam, quia non apposuit, censendus est non
»voluisse subintelligi, arg. cap. 2. *de translat. Episcop.* Sic
»recte Gobat *tract. 4. de Indulg. cap. 27. num. 546.* &
»alii Indulgentiae autem ipsis Regularibus concessae, &
»a Paulo V. revocatae non sunt censendae hodie revalidatae,
»ut patet ex sequenti propositione 37. in ordine inter me-
»rito damnatas ab Alexandro VII. *die 18. Martii 1666.*
»ibi: *Indulgentiae concessae Regularibus, & revocatae a Pau-
»lo V. hodie sunt revalidatae.*

Innocentius XI. Summus Pontifex anno 1678. 7. Mar-
»tini in decreto quod incipit *Delatae* saepius, plurimas In-
»dulgentias revocavit, & ut falsas, confictas, apocryphas
»que declaravit, unde ut ab omnibus, quae sint, percipi-
»antur, datur hic ad litteram ipsiusmet Pontificis decretum.

DECRETUM.

DE LATAE saepius fuero ad Sac. Congregationem In-
»dulgentiarum sacriscque reliquis praepositam indulgentiae
»quaedam confictae, & omnino falsae quae per diversas
»urbis christiani partes circumferuntur, aliae vero exa-
»minandae, quae adhibito studio, inventae sunt vel apo-
»cryphae, vel a Romanis Pontificibus revocatae, vel
»nullae, quod datum eis tempus praeterisset: Quarum
»quidem plurimae cum non faciliem cognitionem ha-
»beant, Christianifideles harum rerum minus peritos fal-
»sunt, qui spe Indulgentiarum remissionisque peccatorum
»suisora consequenda frustrantur. Quamobrem eadem
»Sacra Congregatio vehementer cupiens huiusmodi ma-
»gis in dies serpenti occurrere, animarum profectus, &
»Indulgentiarum dignitati consulere, plures illarum sin-
»gulari diligencia colligi, & in Indice referri curavit.
»Tales in primis sunt illae, uti asserunt, concessae
»a Joanne II. & Sixto IV. recitantibus orationem cha-
»rismaticam Jesu Christi Domini Nostri: Praetor te piissi-
»me Domine, &c. ab Urbano II. ecclesiae S. Mariae, ut
»vulgo dici solet, *Campagnola*, & S. *Miloria*; ab Eu-
»ngenio III. revelationi de plaga in humero Jesu Chris-
»ti, factae S. Bernardi; ab Innocentio III. Archiepiscopi
»fraternitati, & Ordini Redemptoris; a Bonifacio IX.
»visitantibus Capellam S. Nicolai de Tolentino in
»rejis die festo, a Joanne XXII. osculantibus men-
»suram plantae pedis B. Mariae Virginis; ab Ale-
»xandro VI. Imagini B. Mariae, vulgo dictae *Laghetis*;
»a Leone X. gestantibus funiculum S. Francisci, pri-
»mum in Urbe impressa, deinde Mediolani anno 1665.
»(suas tamen habent, & veras confratres archiconfrat-
»ternitatis Chordigerorum S. Francisci) recitantibus sa-
»nctulationem Angelicam ad pulsum horologii, & Im-
»aginei Conceptionis Mariae Virginis Immaculatae in cir-
»culo depictae, cujus pedibus luna subjecta est; a Pio V.
»Principi Senarum; a Clemente VIII. dicentibus Ora-
»tionem: O magnum mysterium, &c. & ecclesiae S. Ma-
»riae; quam vocant Montis Ferrari Avenione impressae,
»utim aliae pro omnibus Christianifidelium defunctorum
»impressae Martii 20. Julii 1606. a Paulo V. cantan-
»tibus hymnum: Te Matrem Dei laudamus, Te Ma-
»riam Virginem confitemur, &c. vel si die Sabbati inte-
»rerint, dum si canitur, & coronis, rosariis, imaginibus,
»& numismatibus, quae *medaliae* appellantur, ab
»bea benedictis Frederico Cardinali Borromeo supplican-
»te anno 1611, dum Ecclesiae Romae in honorem S. Ca-
»nroli edificaretur; & ab eodem Paulo, & Grego-
»rio XV. dicentibus: Sia lodato il Santissimo Sagramen-
»to: Laus Santissimo Sacramento, ab Urbano VIII.
»in honorem ejusdem Sacramenti precibus Cardinalis
»Maggalotti, & Sacerdotibus celebrata missa dicentibus:
»Ave filia Dei Patris, Ave Mater Dei Filii, &c. & Cle-
»mente X. recitantibus mane, meridie, ac vespere consu-

»tam

»tam Antiphonam: Angelus Domini &c. & in fine Deo gratias, & Mariæ: Ac demum aliæ à nonnullis Romanis Pontificibus tribuæ, ut ajunt, coronis mysteriorum passionis Domini Nostri Jesu Christi prece magis ducis Etruriam.

»Talis est Indulgentia sodalitatibus S. Nicolai, quæ repetita quinquies oratione Dominica, & salutatione Angelica unam liberari animam quolibet die à purgatorii poenitentia affirmant. Talesque Perusii confraternitatis S. Sebastiani, & Rochi, & Romæ societatis S. Bernardi ad columnam Trajani; Tales demum aliæ cruce signatorum S. Eustorgii Mediolani, Armini, & Bononiæ.

»Ejus generis sunt & illæ concessæ, ut ajunt, capellæ rosarii in ecclesia S. Antonii de Rovigo, seu Rhodigii, vel ecclesie Sanctissimæ Trinitatis Bergomi, aut S. Petri Montis Todonii, die festo inventionis sanctissimæ crucis, vel gestantibus funiculum S. Francischi de Paula, vel celebrantibus missas S. Augustini, aut alias quinq; in honorem quinq; festivitatum B. V. vel recitantibus officium S. Francisce Romanæ, aut antiphonam: O passio magna, &c. in memoriam passionis Jesu, aut rosarium S. Annæ (quod Congregatio Sacrorum Rituum non probat) aut orationem, quæ impressa cum imagine S. Annæ circumferri solet, Ave gratia plena, &c. (quæ oratio prohibetur) aut officium Conceptionis B. Virginis Immaculatæ, quæ asserunt à Paulo V. probatum fuisse, aut orationem: Deus, qui nobis in sancta syndone, &c. (excipitur Indulgentia 100. dierum anno 1671. concessa precibus Ducissæ Sabaudia ad annos 21. cunctis in illius ditione degentibus) aut aliam, Ave Filia Dei, &c. post communionem recitandam, vel alio conspicuo signo venerantibus sanctissimæ Eucharistiæ sacramenti nomen; Indulgentia rursus octoginta millium annorum veteri de tabula ex scripta, vel in Basilica Lateranensi asservari affirmant pro dicentibus orationem illam verè piam: Deus, qui pro redemptione mundi, &c. Tum quæ impressa fuerunt Papæ anno 1670. sub hoc titulo, *Sommario delle Indulgenze concesse dalla Santità di N. Signore Papa Leone X. all' Immagine della Concezione della Gloriosa Virgine Maria*, vel Pisauri sub nomine B. Joannes anno 1618. evulgatæ, vel Barletæ, seu Barni à recitantibus quasdam non sanè malas orationes, lucrandæ, vel Parmæ visitantibus per quadragesimæ dies ecclesias tertii ordinis S. Francischi, vel Pistorii; & Vastellæ à recitantibus orationem, Ave Sanctissima Maria, Mater Dei, Regina Cœli, &c. & aliæ peculiari impresso libro descriptæ, quas frui dicunt devotos seraphicos, & benefactores.

»His annumerandæ sunt, quæ crucibus Caravacensis tribuæ dicuntur, vel coronæ sive stellaris Conceptionis Virginis Immaculatæ, quod ex duodecim globulis precariis constat, vel granis, crucibus, & coronis Aloysiæ ab ascensione hispaniæ monialis ordinis S. Clara, vel mensuræ altitudinis Jesu Christi Domini Nostri, vel imagini, aut mensuræ vulneris lateri ejus inflicti, vel orationi, aut ajunt, innixæ revelationi factæ SS. Brigitæ, Methildi, & Elisabeth, vel Beatæ Joanne de Cruce, & concessæ, ut asserunt, granis quæ aliquod ex tribus granis tetigerint, extantibus penes Romanum Pontificem, hispaniarum regem, & Ministrum generalem fratrum minorum observantiæ S. Francischi.

»Omnes verò, & singulas jam dictas indulgentias Sacra Congregatio partim esse confictas, & plane falsas declarat, partim apocryphas, vel ex alio capite nullas, quæ nemini suffragari possunt, easque in futurum ullo in loco, ut veras publicari, & lucrandas Christi fidelibus proponi vetat, foliæque, & libros, ubi sic ponuntur, seu afferuntur, omnino præcipit abolere, nisi prædictæ indulgentiæ fuerint diligenter expunctæ: Nec ideo tamen vult alias, quas hoc decretum non continet, pro veris, & legitimis taciteque probatis haberi.

»Ac demum omnes indulgentias concessas ante decretum Clementis VIII. latum die 9. Januarii 1587. coronis, rosariis, granis, seu calculis, crucibus, & imaginibus factis, vel ante breve Pauli V. quod incip.

»Romanus Pontifex, &c. editum 23. Maji anno 1606. personis regularibus quicumque religionum, & ordinum etiam mendicantium, vel ante constitutionem 11. Clementis VIII. *cujus initium: Quæcumque, &c. 68.* Pauli V. incipientem: Quæ salubriter, &c. habitas per aggregationem, vel aliam communicationem ab architectone confraternitate ulla, ordine, congregatione, societate etiam Jesu, capitulo, vel coetu quocumque, vel ab eorum officialibus, aliisque personis, vel persona, etiam si earum, vel ejus mentio specialis, & individua facienda esset, nisi fuerint deinde Romani Pontificis auctoritate innovatæ, aut confirmatæ, nullius esse roboris, & momenti pariter declarat.

»Porro Summaria indulgentiarum pro congregationibus doctrinæ christianæ, confraternitatibus SS. Trinitatis, & redemptionis captivorum nominis Dei, rosarii B. Mariæ de Mercede, & redemptionis captivorum, B. Mariæ de Monte Carmelo, cincturæ S. Augustini, & S. Monica, nisi ab eadem congregatione recognita, non permittuntur.

»Indulgentias verò stationum urbis, quæ à Romanis Pontificibus singulari quodam beneficio, vel communicatæ sunt, vel communicabuntur interdum aliquibus locis, ordinibus, aut personis, diebus tantum stationum in missali romano descriptis suffragari posse declarat: semel autem dumtaxat in die plenariam indulgentiam in certis die ecclesiam visitantibus concessam, vel alium pium opus peragentibus lucriferi.

»De quibus relatio facta per secretarium ad Sanctissimum, cuncta sanctitas sua probavit, & in violatè servari jussit. Datum Romæ die 7. Martii 1678.

»In quo decreto, ut vides, circa finem, §. *Indulgentias verò stationum urbis*, cum Innocentius XI. varia disposuerit quoad acquisitionem indulgentiarum stationum urbis, & Paulus V. in citata constit. *incip.* Romanus Pontifex §. 11. concesserit, quod eas lucriferi possint regulares, qui suam respectivè ecclesiam de vote visitaverint, & ibi, ut præferat, oraverint, hic juvat adducere, & assignare dies ipsos stationum in missali romano descriptos, & indulgentias, quæ in iisdem acquiri possunt, prout reperitur in libro regulæ tertii ordinis S. P. N. Francischi Romæ edito à R. P. Angelo Auda à Lantusa ordinis nostri seraphici, & approbato à Reverendissimo P. Hyacintho Libello ordinis prædicatorum sacri palat. apostol. magistro anno 1665. 11. Martii; qui liber postea fuit etiam Mediolani, Viennæ in Austria, & novissimè anno 1697. Frisingæ denuo approbatus, & eas ex ipso ordine, ut sequitur, refert Kazenberger. *loc. cit.* num. 81.

IN JANUARIO.

In Circumcisione Domini, »Statio ad S. Mariam Trans-Tiberim: indulgentia plenaria, & 25000. annorum.

In Epiphania Domini, »Statio ad S. Petrum, indulgentia plenaria, & 18000. annorum, & totidem quadragesimum.

IN FEBRUARIO.

Dominica Septuagesimæ, »Statio ad S. Laurentium extra muros, & indulgentia plenaria.

Dominica Sexagesimæ, »Statio ad S. Paulum, & indulgentia plenaria, & 10000. annorum, & totidem quadragesimum.

Dominica Quinquagesimæ, »Statio ad S. Petrum, & indulgentia plenaria, & 28000. annorum cum totidem quadragesimum. & remissione tertie partis peccatorum.

IN QUADRAGESIMA.

Feria 4. Cinerum, »Statio ad S. Sabinam, & indulgentia plenaria cum 3000. annis, & totidem quadragesimum.

Feria 5. post Cineres, »Statio ad S. Gregorium, & indulgentia 10000. annorum.

Fe-

Feria 6. »Statio ad SS. Joannem, & Paulum, & indulgentia 10000. annorum.

Sabbato post Cineres, »Statio ad S. Tryphonem, & indulgentia 1000. annorum, & plenaria.

Dominica 1. Quadragesimæ, »Statio ad S. Joannem in Laterano, & indulgentia plenaria cum 2000. annis, & liberatione animæ è purgatorio.

Feria 2. »Statio ad S. Petrum ad Vincula, & 10000. ann. indulgentiarum, uti etiam indulgentia plenaria.

Feria 3. »Statio ad S. Anastasiam, & indulgentia 28000. annorum cum totidem quadragesimum, & liberatione animæ è purgatorio.

Feria 4. »Statio ad S. Mariam Majorem, & indulgentia 28000. annorum; & remissio tertie partis peccatorum.

Feria 5. »Statio ad S. Laurentium in Paneperna, & indulgentia 1000. annorum, uti etiam plenaria.

Feria 6. »Statio ad SS. duodecim Apostolos, & indulgentia 10000. annorum, uti etiam plenaria.

Sabbato, »Statio ad S. Petrum, & indulgentia 18000. annorum, & totidem quadragesimum, & plenaria.

Dominica 2. Quadragesimæ, »Statio ad S. Mariam Majorem, & indulgentia 18000. annorum, & totidem quadragesimum.

Feria 2. »Statio ad S. Clementem, & indulgentia plenaria.

Feria 3. »Statio ad S. Balbinum, & 10000. anni indulgentiarum.

Feria 4. »Statio ad S. Caeciliam, & indulgentia 10000. annorum.

Feria 5. »Statio ad S. Mariam Trans-Tiberim, & indulgentia 25000. annorum.

Feria 6. »Statio ad S. Vitalem, & indulgentia 10000. annorum.

Sabbato, »Statio ad SS. Marcellinum, & Petrum, & indulgentia plenaria, item 10000. annorum, & liberatione animæ è purgatorio.

Dominica 3. Quadragesimæ, »Statio ad S. Laurentium extra muros, & indulgentia 19000. annorum, & 43. quadragesimum, & liberatio animæ è purgatorio.

Feria 2. »Statio ad S. Marcum, & indulgentia plenaria 10000. annorum.

Feria 3. »Statio ad S. Prudentianam, & indulgentia plenaria, & 1000. annorum.

Feria 4. »Statio ad S. Sixtum, & indulgentia plenaria, & 100000. annorum.

Feria 5. »Statio ad SS. Cosman, & Damianum, & indulgentia 10000. annorum.

Feria 6. »Statio ad S. Laurentium in Lucina, & indulgentia 10000. annorum.

Sabbato, »Statio ad S. Susanam, & indulgentia 13000. annorum.

Dominica 4. Quadragesimæ, »Statio ad S. Crucem in Jerusalem, & indulgentia plenaria, & liberatio animæ è purgatorio.

Feria 2. »Statio ad SS. quatuor Coronatos, & indulgentia 10000. annorum.

Feria 3. »Statio ad S. Laurentium in Damaso, & indulgentia 10000. annorum, & remissio tertie partis peccatorum.

Feria 4. »Statio ad S. Paulum, & indulgentia plenaria, ac 10000. annorum.

Feria 5. »Statio ad SS. Silvestrum, & Martinum, & indulgentia 10000. annorum.

Feria 6. »Statio ad S. Eusebium, & indulgentia 10000. annorum.

Sabbato, »Statio ad S. Nicolaum in Carcere, & indulgentia plenaria.

Dominica Passionis, »Statio ad S. Petrum, & indulgentia 18000. annorum, & totidem quadragesimum, & remissio tertie partis peccatorum.

Feria 2. »Statio ad S. Chrysogonum, & indulgentia 10000. annorum.

Feria 3. »Statio ad S. Cyriacum, & indulgentia 10000. annorum.

Feria 4. »Statio ad S. Marcellum, & indulgentia 10000. annorum.

Feria 5. »Statio ad S. Apollinarem, & indulgentia 10000. annorum.

Feria 6. »Statio ad S. Stephanum in Cœlio Monte, & liberatio animæ è purgatorio.

Sabbato, »Statio ad S. Joannem ante Portam Latinam, & indulgentia 13000. annorum, & liberatio animæ è purgatorio.

Dominica Palmarum, »Statio ad S. Joannem in Laterano, & indulgentia plenaria cum 25000. annis, & totidem quadragesimum, ac liberatio animæ è purgatorio.

Feria 2. »Statio ad S. Praxedem, & indulgentia plenaria, & 15000. annorum.

Feria 3. »Statio ad S. Priscam, & indulgentia plenaria, & 18000. annorum.

Feria 4. »Statio ad S. Mariam Majorem, & indulgentia plenaria, & 28000. annorum.

In Cena Domini, »Statio ad S. Joannem in Laterano, & indulgentia plenaria 11000. annorum, & 38. quadragesimum, & liberatio animæ è purgatorio.

In Parasceve, »Statio ad S. Crucem in Jerusalem, & indulgentia plenaria.

Sabbato Sancto, »Statio ad S. Joannem in Laterano, & indulgentia plenaria, item 11000. annorum, & 45. quadragesimum, & liberatio animæ è purgatorio.

Dominica Resurrectionis, »Statio ad S. Mariam Majorem, & indulgentia plenaria, & 28000. annorum, & totidem quadragesimum.

Feria 3. »Statio ad S. Paulum, & indulgentia plenaria, item 20000. annorum, & 28. quadragesimum.

Feria 4. »Statio ad S. Laurentium extra muros, & indulgentia 28000. annorum, totidem quadragesimum, & remissio tertie partis peccatorum.

Feria 5. »Statio ad SS. 12. Apostolos & indulgentia plenaria, & 25000. annorum.

Feria 6. »Statio ad S. Mariam ad Martyres, & indulgentia 15000. annorum.

Sabbato in Albis, »Statio ad S. Joannem in Laterano, & indulgentia plenaria, item 15000. annorum, & liberatio animæ è purgatorio.

Dominica in Albis, »Statio ad S. Pancratium, & indulgentia plenaria, & 15000. annorum.

IN APRILI.

Die 25. in festo S. Marci Evangelistæ, »Statio ad S. Petrum, & indulgentia plenaria, item 25000. annorum, & totidem quadragesimum.

IN MAJO.

Feria 2. Rogationum, »Statio ad S. Mariam Majorem, & indulgentia 6048. annorum, & totidem quadragesimum, & remissio tertie partis peccatorum.

Feria 3. Rogationum, »Statio ad S. Joannem in Laterano, & indulgentia plenaria.

Feria 4. Rogationum, »Statio ad S. Petrum, & indulgentia plenaria.

In Ascensione Domini, »Statio ad S. Petrum, & indulgentia plenaria, & 28000. annorum.

IN JUNIO.

Sabbato in vigilia Pentecostes, »Statio ad S. Joannem in Laterano, & indulgentia plenaria, & liberatio animæ è purgatorio.

Dominica Pentecostes, »Statio ad S. Petrum, & indulgentia plenaria.

Feria 2. »Statio ad S. Petrum ad Vincula, & indulgentia plenaria.

Feria 3. »Statio ad S. Anastasium, & indulgentia 18000. annorum, & remissio tertie partis peccatorum.

Feria 4. »Statio ad S. Mariam Majorem, & indulgentia 60000. annorum, & totidem quadragesimum.

Feria 5. »Statio ad S. Laurentium extra muros, & indulgentia 28000. annorum, & remissio tertie partis peccatorum, & liberatio è purgatorio.

Fe-



Feria 6. »Statio ad SS. 12. Apostolos, & indulgentia multorum annorum.
Sabbato ante festum SS. Trinitatis, »Statio ad S. Petrum, & indulgentia 6040. annorum, totidem quadragenarum, & remissio tertiae partis peccatorum.

IN SEPTEMBRI.

Feria 4. quatuor temporum Septembris, »Statio ad SS. Mariam Majorem, & indulgentia plenaria, item 2400. annorum, totidem quadragenarum.
Feria 6. quatuor temporum Septembris, »Statio ad SS. 12. Apostolos, & indulgentia plenaria, & 27000. annorum.
Sabbato quatuor temporum Septembris, »Statio ad S. Petrum, & indulgentia 28000. annorum, & remissio tertiae partis peccatorum.

IN DECEMBRI.

Dominica prima Adventus, »Statio ad S. Mariam Majorem, & indulgentia plenaria, item 28000. annorum, & totidem quadragenarum, & remissio tertiae partis peccatorum.
Dominica 2. Adventus, »Statio ad S. Crucem in Jerusalem, & indulgentia plenaria, & 200. annorum.
Dominica 3. Adventus, »Statio ad S. Petrum, & indulgentia plenaria, & 28000. annorum.
Feria 4. quatuor temporum Adventus, »Statio ad SS. Mariam Majorem, & indulgentia plenaria, item 28000. annorum, totidem quadragenarum, & remissio tertiae partis peccatorum.

Feria 6. quatuor temporum Adventus, »Statio ad SS. 12. Apostolos, & indulgentia 10000. annorum.
Sabbato quatuor temporum Adventus, »Statio ad S. Petrum, & indulgentia plenaria, & 28000. annorum.
Dominica 4. Adventus, »Statio ad SS. 12. Apostolos, & indulgentia plenaria.
In vigilia Nativitatis Domini, »Statio ad S. Mariam Majorem, & indulgentia plenaria, item 28000. annorum, & totidem quadragenarum.
In Nativitate Domini ad primam missam in nocte, »Statio ad S. Mariam Majorem ad Presepe, & indulgentia plenaria, item 2000. annorum, & totidem quadragenarum.

Ad 2. missam in aurora, »Statio ad S. Anastasiam, & indulgentia plenaria, item 28000. annorum, & totidem quadragenarum.
Ad 3. missam in die Nativitatis Domini, »Statio ad S. Mariam Majorem, & indulgentia plenaria.

In festo S. Stephani Proto-Martyris, »Statio ad S. Stephanum in Caelo Monte, & indulgentia plenaria, item 8000. annorum, & totidem quadragenarum.
In festo SS. Joannis Apostoli, & Evangelista, »Statio ad S. Mariam Majorem, & indulgentia plenaria, item 50000. annorum, & liberatio animae a purgatorio.

In festo SS. Innocentium, »Statio ad S. Paulum, & indulgentia plenaria, item 15000. annorum, & totidem quadragenarum.

* Has indulgentias merito suspectas habet P. Minderet in tract. de indulg. part. 2. confer. 4. quest. 8. num. 211. & seq. cum saepe praeter plenarias tot millia annorum addantur, quod est contra rationem indulgentiae plenariae, & contra disciplinam ecclesiae in concedendis indulgentiis. Praeterquam quod similes multorum millium annorum concessionis inter apocryphas reponit Benedictus XIV. ut supra demonstratum est art. 1. num. 14.*

17. Indulgentiae Stationum nequeunt applicari defunctis nisi ab habentibus Bullam Cruciatam. Item nisi indulgentiae Stationum expresse sint concessae pro defunctis, ut est liberatio animae a purgatorio; Gobat. tract. 4. de indulg. part. 2. cap. 8. n. 349. Kazenberger loc. cit. n. 82. & alii.

18. Indulgentiae autem Stationum sunt ea, quae conceduntur visitantibus certas quasdam Romanas Stationes, id est Romanas Ecclesias, quae sunt instar Stationum, seu

praesidiorum, excubiariaeque spiritualium, ut declarat partim Emmanuel Rodrigue, quae. 86. art. 1. partim Cardinalis Toletus lib. 6. cap. 28. ubi sic loquitur: Ut intelligas stationum originem, adverte ex Tertulliano c. 29. Apol. ex tempore persecutionis, tolere christianorum noctu convenire in basilicas Martyrum, tam ad laudes Deum ad negotia circa religionem tractanda, tum ad corrigendos fratres, qui non bene ambulabant. Postea persecutione cessante fideles remittebantur, & negligenties erant in stationibus continuandis; Propterea Gregorius Magnus ad atrabendas animas fidelium, ne recarent a divinis laudibus, adjunxit magnas indulgentias visitantibus, seu stationes: nam nomen stationis significat locum, in quo frequenter conveniri solent ad negotia tractanda, haec Toletus, ex quo sicut etiam ex Rodriguez colliges, aulem stationum fuisse S. Gregorium Magnum, ut ex ipsis referunt etiam Gobat. tract. 4. part. 2. de indulg. cap. 8. numer. 337. Kazenberger loc. cit. numer. 79. & alii.

Afferuntur varia decreta novissime emanata, & in Bullario Clementis XI. relata, in quibus multa de indulgentiis statuuntur, & declarantur, & aliqua ut falsa, & apocrypha prohibentur, & interdicuntur.

DECRETUM.

De indulgentiis, quas gerantur scapulae Conceptionis B. V. Immaculatae, & Circumlocutionis S. Augustini, & Sanctae Monicae consequi possunt.

Praecipuas inter curas, quibus Sacra Congregatio indulgentiis, & sacris reliquiis praeposita sequo incurrit, ea est, ut indulgentias, quae ad nonnullis interdum temere evulgantur, mature expendat, & quas aut revocatas, aut apocryphas esse deprehenderit, ne fideles illarum assequendum spe decipiantur, palam detegat, atque peribeat.

Cum itaque Sacrae Congregationi delatum fuerit in libello quodam Verone impresso anno 1711. cui titulus: Breve notizia del Santo Abitino, che si dispensa da' Patri Teatini ad onore dell'Immacolata Concezione di Maria Vergine in virtu' d' un Breve Apostolico di Clemente X. confermato con altro del regnante Summo Pontifice in data dell' 12. Maggio 1710. Conde indulgentiae proprie, & dell' aggregazione alla loro religione, &c. plurimas indulgentias falso contineri, veluti a Summis Pontificibus concessas, aut quomodo communicatas gestantibus scapulae parvum cartuculo coloris, quod vocant Conceptionis Beatissime Virginis Immaculatae; Ideo re mature pensata die 22. Februarii 1712. declaravit, nullas alias indulgentias pro gestatione praedicti scapularis acquiri, nisi illas, quas Sanctissimus Dominus Noster literis in forma brevis desuper editis die 12. Maji anno 1710. clementer concessit his verbis: Omnibus, & singulis utriusque sexus christifidelibus, quibus scapularia benedicta hujusmodi, ut praefertur, imposterum distribuentur, die, quo illa primum susceperint, si vere poenitentes, & confessi sanctissimum Eucharistiae sacramentum susceperint, plenariam; Necnon eisdem in cujuslibet eorum mortis articulo, si etiam vere poenitentes, & confessi, ac Sac. Communionem recepti, vel qui tenentur id facere nequivissent, saltem contritum nomen Jesu ore si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint, itidem plenariam; Ac ipsis pariter vere poenitentibus, & confessis, ac eadem Sac. Communionem receptis, qui aliam quam ex ecclesiis dictae congregationis, vel capellam, sive oratorium die festo ejusdem Conceptionis B. M. V. Immaculatae a primis vespere usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro christianorum principum, &c. preces effuderint, & ibi namque similiter peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper praedictis christifidelibus, etiam vere poenitentibus, & confessis, ac Sac. Communionem receptis ecclesiam, vel capellam, seu oratorium hujusmodi in aliis ejusdem B. M. V. festis diebus, ut praefertur, visitantibus, & ibidem orantibus, quae die praedictorum id egerint, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, seu aliis quomodolibet debitis poenitentibus in forma ecclesiae consueta relaxamus, &c.

Cum pariter Sacra Congregatio innovaverit, in illo libello Bononiae impresso anno 1707. qui inscribitur: Sacro Diario delle grazie, & indulgentiae concesse alla compagnia della cintura di S. Agostino, & di S. Monica, &c. multas pro cincturatis referri indulgentias, quarum aliquae, aut revocatae, aut falsae omnino sunt: Ideo Sacra eadem Congregatio praedicta die 22. Februarii 1712. similiter declaravit, cincturatos nullas alias indulgentias pro gestatione cincturae lucrari posse, nisi illas, quae expresse continentur in brevi a. san. mem. Clementis X. desuper edito, quod incipit: Ex injuncto nobis caelitus: Dato die 27. Martii 1676. Et ut omnino imposterum erroris, ac deceptionis occasio auferatur, districtè prohibuit, ne alias indulgentiae voce, aut scripto publicentur pro gestatione supra memorati parvi scapularis, aut praedictae cincturae, praeter eas, quae in praedictis brevibus Sanctissimi Domini nostri Clementis XI. & san. mem. Clementis X. respective continentur. Ac insuper recensitos libellos, alterum Verone, alterum Bononiae impressum, proscribendos censuit sub poenis in Indice librorum prohibitorum contentis.

Quibus per me secretarium Sanctissimo Domino nostro relatis, sanctitas sua sententiam Sacrae Congregationis approbavit, & in omnibus servari iussit. Datum die 24. Februarii 1712. Fr. Thomas Maria Card. S. Clementis. Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

Die, mense, & anno quibus supra praedictum decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiae Innocentianae, & in acie campi Florae, ac aliis locis solitis, & consuetis urbis, ut moris est, per Franciscum Bartholomaeum Apostol. Cursum. Ludovicus Capellus Mag. Cur.

Die, mense, & anno quibus supra praedictum decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiae Innocentianae, ac in acie campi Florae, & aliis locis solitis, & consuetis urbis per me Joannem Baptistam de capellis Apost. Cursum. Ludovicus de capellis pro Mag. Cur.

Quo tria summaria asseruntur indulgentiarum confraternitatibus S. Rocchi concessarum proscrubuntur, easdemque confraternitates non aliis indulgentiis gaudere posse declarat, nisi illis, quae a san. memor. Pauli V. in brevi dato 3. Novembris 1606. concessae reperitur.

Cum tria nuper indulgentiarum summaria Sac. Congreg. indulgentiis, sacrisque reliquiis praeposita delata fuerint, in quibus quam plurimae indulgentiae, aut falsae, aut apocryphae, aut nonnullis Romanis Pontificibus, signanter vero a fel. record. Paulo V. brevi dato 3. Novembris anni 1606. expresse revocatae continentur, & quod longe deterius est, itidem etiam facultates, & concessiones, & nonnulla tunc privilegia, aut pariter revocata, aut omnino conficta, non sine magno fidelium scandalo, & animarum periculo temere evulgantur: Sacra eadem Congregatio, quae fideles, ac prudentes coelestis indulgentiarum thesauri dispensationis praestat, die 12. mensis Martii habentis anni, re mature pensata, declaravit confraternitates S. Rocchi, in quibusvis locis existentes, & archiconfraternitati de urbe agregatas, nullis aliis indulgentiis, concessionibus, & privilegiis uti, & frui posse, nisi illis, quae in praedicto brevi san. mem. Pauli V. continentur, & quae in aggregationibus ab eadem archiconfraternitate expressi solitis de verbo ad verbum referuntur. Praedictam autem Summaria, quorum unum ita inscribitur: Sommario delle indulgentiae concesse da' Sommi Pontifici alla venerabile compagnia di S. Rocco d' Ancona aggregata, &c. In Ancona nella Stamperia Camerale 1661. Alterum vero: Sommario del celeste tesoro dell' indulgentiae, doni, grazie, facoltà, & privilegi concessi per molti Romani Pontifici, ed ultimamente confermati, ed ampliati dalla Santità di nostro signore Gregorio per la divina provisione Papa XIV. alla veneranda compagnia, ed ospedale di S. Rocco di Roma da potersi concedere dalli commissari deputati a questo sant'

offizio della pubblicazione di tante divine gratie a ciaschedun fedel cristiano, che vorrà entrare nella S. confraternità di S. Rocco di Roma. In Roma appresso Paolo Biado Stampatore Camerale 1591. Tertium denique: Sommario del celeste tesoro dell' indulgentiae, doni, grazie, facoltà, & privilegi concessi, & a ciaschedun fedel cristiano, che vorrà entrare nella santa confraternità di S. Rocco di Roma, & comunicate alla confraternità del medesimo S. Rocco, & Sebastiano nella chiesa della Beata Vergine Maria di Loreto nella Città di Roveredo: In Roma, ed in Roveredo per Giuseppe Antonio Gojo 1712. sub poenis in indice librorum prohibitorum contentis proscrubenda esse censuit, atque insuper districtè prohibuit, ne alias indulgentiae, concessiones, aut privilegia supra dictis confraternitatibus S. Rocchi voce, aut scripto evulgentur, nisi ea, quae in saepe memorato brevi Pauli V. concessa reperitur; Quam Sacra Congregatio sententiam per me Secretarium Sanctissimo Domino nostro relatum, sanctitas sua probavit, & executioni mandari iussit. Datum die 14. Martii 1714. L. Card. Picus Praefectus. Raphael Cosmus de Hieronymis Sec.

Die, mense, & anno quibus supra praedictum decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiae Innocentianae, & in acie campi Florae, ac aliis locis solitis, & consuetis urbis per me Joannem Baptistam de capellis Apost. Cursum. Ludovicus de capellis pro Mag. Cur.

Quo bina summaria indulgentiarum, ut apocrypha proscrubuntur, eorumque usus interdicitur.

Sacra Congregatio indulgentiis, sacrisque reliquiis praeposita die 13. mensis Julii anni 1714. mature pensata duobus indulgentiarum summaris, quorum unum ita inscribitur: Sommario dell' indulgentiae, & grazie, & doni concesse da molti Romani Pontifici, & novissime confermate dalla santità di nostro signore Papa Clemente XI. alla venerabile chiesa, & ospedale di S. Maria di Monferrato di Catalogna, ed alli confratelli, & consorelle d' essa Madre Vergine, in Palermo presso Francesco Ciche 1714. Alterum vero: Sommario dell' indulgentiae concesse da diversi Romani Pontifici, ed ultimamente ampliate, & confermate da nostro signore Clemente XI. alli fratelli, & sorelle del sacro reale, & militare ordine, cosi dell' osservanza, come della scalzi di nostra Signora della Redenzione de' Schiavi Cristiani fra gli infedeli. In Roma nella Stamperia della Reverenda Camera Apostolica. In Messina nella Stamperia di Amico, ed in Palermo per Felice Marino 1710. dictorum summariorum usum interdixit, illaque prohibenda esse censuit sub poenis in indice librorum prohibitorum contentis. Quibus Sanctissimo Domino nostro die 18. ejusdem mensis Julii per me secretarium relatis, sanctitas sua sententiam Sacrae Congreg. approbavit, & executioni mandari iussit. Dat. 6. Julii Anni 1714. L. Card. Picus Praefectus. Raphael Cosmus de Hieronymis Sec.

Die 19. Julii 1714. supra dictum decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas basilicae Principis Apostolorum Curiae Innocentianae, ac in aliis locis solitis, & consuetis urbis per me Petrum Remolatum Apost. Cursores. Sebastianus Vasellus Mag. Cur.

Quoad indulgentias rosariis, seu coronis, quas S. Birgitta vocant, a Summis Pontificibus concessas.

Leo X. Pontifex Maximus per literas suas incipientes: Ex Clementi, data idibus Julii 1515. concedit omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui per, & super rosaria, seu coronas S. Birgittae devote oraverint, pro qualibet oratione Dominicae tantum dies, & totidem pro salutatione Angelica, & pro quo-